

Diplomata et chartae Merovingicae aetatis in archivo Franciae asservata

Paris 1848

Koeppelin, éditeur.

Table of contents

II. Charta Germani, Parisiensis episcopi, pro basilica S. Crucis et S. Vincentii. Anno 566.

XIV. Charta Chrotildis pro fundatione Brocariensis monasterii. Anno 670, die 10 Martii.

XXI. ET XXII. Testamentum quo filius Iddanae, Chramnethrudi uxori suae, S. Dionysii ecclesiae et aliis, legata assignat. Anno 690.

XXIII. Charta commutationis factae inter Landeberchtum et Magnoaldum abbates de, villis Francorecurte et Rocconcurte. Anno 691.

XXXI. Privilegium Ageradi, Carnotensis episcopi, pro monasterio Sanctae Mariae supra Ligerim. Anno 696, die 6 Martii.

XXXIII bis. Charta excambii facti inter Adalricum., ex una, et, Valdromarum, abbatem Sangermanensem, ex altera parte. Anno 697, die 25 aprilis.

XXXIV. Testamentum Erminethrudis, quo legata plurima quibusdam ecclesiis et personis scribit. Anno 700.

XLIV. Charta precaria Vuademerii et Ercambertae. Anno 730, die 20 augusti.

Corrected OCR text found at Google Book Search

<http://books.google.com/books?id=GxEEAAAAQAAJ>

[?] Uncertain reading.

/34/ page number

URL to a particular page

<http://books.google.com/books?id=GxEEAAAAQAAJ&pg=PA21>

by Johan Åhlfeldt.

2007-10-02

Find more merovingian and carolingian primary sources at

<http://www.francia.ahlfeldt.se>

/3/

II. Charta Germani, Parisiensis episcopi, pro basilica S. Crucis et S. Vincentii.
Anno 566.

[- - -]

/5/

20. *Actum Parisius civitate, sub die duodecima calendarum septembris, anno quinto Chariberti regis. Germanus peccator hanc cartulam cessionis et emunitatis a me factam relegi et subscripsi, sub die quo supra.*
21. *Nicetius, Lugdunensis episcopus, in Xpisti nomine, petente apostolico donno et fratre meo Germano episcopo, et donna Ulthrogote regina, atque donna Chrodesinta ac Chroberga, constitutionem hanc, scilicet a presenti*
22. *tempore a successoribus donni Germani episcopi perpetuo custodiendam, relegi et manus mee subscriptione corroboravi notato die. Pretextatus, /6/ Cabillonensis episcopus, deliberationem superius comprehensam,*
23. *rogante et presente donno Germano episcopo, gaudenter suscepi relegendam et subscripsi, notato die. Felix, Aurelianensis episcopus, juxta consensum et deliberationem donni Germani in perpetuo mansuram,*
24. *subscripsi, notato die. Eufronius, Nivernensis episcopus, rogante donno apostolico Germano episcopo, hanc deliberationem relegi et subscripsi, notato die. Domicianus, Carnotensis episcopus, juxta consensum et deli*
25. *berationem fratris mei Germani episcopi, consensi et subscripsi, notato die. Donnolus, Cenomanensis episcopus, consensi et suscripsi, notato die. Caletricus peccator, juxta consensum et deliberationem donni*
26. *Germani episcopi, consensi et subscripsi, notato die. Victurius peccator, juxta deliberationem hanc, Germano presente fratre meo et rogante, consensi et subscripsi, notato die.*
27. *Leodebaudus peccator consensi et subscripsi, notato die.*
28. *Amanuensis notarius, sub jussione donni Germani episcopi, hoc privilegium cessionis scripsi et subscripsi.*

XIV. Charta Chrothildis pro fundatione Brocariensis monasterii¹.

Anno 670, die 10 Martii.

1. . . . *abluere et quid prudenciore consilium ut homo d..... et terrena substancia transferat in caelestia, sicut*
2. . . . *preclara voce intonat : Tessauriciate vobis thesaurus in caelo, ubi nec fur efudiet, nec eruco rubigenat, nec tinia sulcat. Igitur ego in Dei nomine Chrothildis . . .*
3. *, cogitans qualiter peccatorum meorum facinora possem abstergere et ad aeterna gaudia pervenire, lecit in cumptis pauperibus bene tribuendo potest a*
4. *ma adebisci remedium : sed tamen, juxta quod scriptum est : Date elemosena, et omnia inunda sunt vobis, precipui ad domesticis fedei ; et illud : Facile vobis [ami-]*
5. *cus de mammonae iniquitatis, qui vos recipient in aeterna tabernacula ; et alibi : Beati pauperis spiritum, quoniam ipsorum est rignum caelorum ; nihilhomenus bonum est pro cun[cto-]*
6. *rum necessitatebus lebenter manum porregere ; sed ad tale bona maxime oportit substancia transagendi conferrere septam monastirie habetacionis [cons-]*
7. *truere, vel de aeterna tabernacula debiant ad beneficia rebus respondere, precipui ubi chorus sanctorum virgenum jugiter medetacionum carmena devot[a men-]*
8. *te Domino canuntur, in loco ubi decernit construere in quorum honore ditatur ipsorum ante Domino intercessio spiretur. Et ideo, in Dei nomine, et in honore sancti Mariae, gene[tricis]*
9. *Domini nostri Ihsu Xpisti, et citherorum sanctorum, quorum pignora in ipso monastirio habentur inserta, in loco noncopante Brocaria, situm in pago Stampense, prope de fluviolo Urbia, [affl-]*
10. *ante Xpisto, monastirium puellarum devota mente decrivi fundare, ubi nepte mea Mummolam instetuemus abbatissam : ea vero racione ut, sub evangeleca et apostholeca trad[icione]*
11. *et regula sanctorum patrum, perpetuis temporebus, ipsa et soccessoris earum, in loco tramete debiant vitam perfrui, et pro felicilatam regum vel statu aeclisiae, et pro animae [meae]*

¹ Bruyères; Tardif, Monuments no. 19; Pardessus II no. 361; ChLA 564.

12. *dium Domini mesericordia adtencius deprecare; et precipui ut nulla monacha in eodem monastirium quippiam peculiare presumat, sed sint illis omnia comunia. Ad [dictum]*
13. *locum sanctum vel predicta congregacionem cedo, ad diae presente, et cessumque in perpetuo esse volo, et de jure meo in jure adque domenacione sancti Mariae et spunsarum Xpisti in prae*
14. *dicto locum consistentis trado adque transfundo hoc est ipso agro Brogaria, in quo monastirio, Xpisto presoli, construxi, duas partis de ipsa villa, tarn ex luctuoso, quam und[ique]*
15. *ad nos pervinit, volemus ut proficiat ; et medietatem de loco noncopante Pladano, sicut jam dixi, tarn ex luctuoso quam undique ad nostra domenacione pervinit, [volu-]*
16. *mus ut ad ipso sancto loco debeat pervenire. Semeleter et locello cognomenante Funtaneto, quantum inibi ad presens, tam ex luctuoso quam undique mea regit [materni]*
17. *tas, et ad nos undecumque nuscetur pervenisse; dum inlustri vero Charichardo, se nos.superstetis est, post nostrum opetum delegavemus, ut, dum advivit, hoc possediat, et post*
18. *suum et nostrum discessum semeleter ; et de ipso locello mediaetatem volemus ut ad ipso monastirio in antedicto loco debeat revertere, cum domebus, edificies, a[ccola-]*
19. *bus, mancipiis, vineis, campis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursebus, adjecencies, apendiciis, farinaries, gregis cum pastorebus, movele et inmovele utri*
20. *usque sexus et omne meretum earum ad ipsa loca aspicientis, qualiter superius est intematum, ad ipsum sanctum monastirium proficiat perennis temporebus. Et hec omnia su*
21. *perius comprehensa ad ipso sancto loco post nostrum transetum presentaleter revertatur. Et cum abbatissa ejusdem loci de hoc saecolum fuerit evocata, quem cuncta congregacio [un-]*
22. *animiter bene rigola conperta eligerint, in loco ipsius socessor instituatur. Et adhuc perpensavemus, pro ea oportunetate ut mercis nostra qualiter superius intemavemus, per*

23. *petuis temporebus debeat proficiscere, de omnis res nostras quid in suprascripta loca in hanc pagenam deliberacionis, quem pro animae nostrae remedium delegavemus, quid [su-]*
24. *perest heredis nostri propinquioris adsumant; et se evenerit ei necessetas, quod in parte sua acciperit aligenare aliubi, non habiat pontefecium hoc faciendi, nisi*
25. *ad illo rictore qui de ipso monastirio in suprascripto loco custos esse vedetur, ut inibi ad ipsa sancta congregacione in augmentis socedat. Et se alequa strumenta cartasve*
26. *contra presentem deliberacionem, quam spontania volomtate, pro animae nostrae remedium, fieri rogavemus, venire timtaverent aut ostensas fuerint, nec eas feci nisi in su*
27. *prascripto vero Charichardo, nec fieri rogavi; et se inventa fuerint, nullo modo obteniant vicorem : sed ubi el ubi ostensas aparuerint, vacuas el inanis permanent. Si quis vero, quod futu*
28. *rum esse non credo, si ego ipsa aut alequi de heredebus vel proheredebus meis vel quislebit oposita persona contra presentem deliberacionem venire conaverit, iram sancti Trinetatis*
29. *incurrat et a lemenebus sanctarum aeclisiarum excomunis pariat, et insuper inferat socio fisco auri liberas viginti, argenti pondo quinquaginta, et nec sic valiat vendecare quod*
30. *repetit. Et se alequi de heredebus nostris, ad diae presente deliberacione nostra, quod divina piaetas nos facire commonuit, infringere voluerit, res quas de heredetatis nostrae*
31. *ad ipsum pervenire poluerant, amittat, et predictum sanctum monastirium perveniant, et ibidem semper proficiat in augmentis, et hec deliberado omne tempore firma et invio*
32. *lata permaniat.*
Signum + inlustris Deo devotae Chrothilde, qui hanc deliberacionem pro animae nostrae remedium fieri rogavemus, manu propria firmavemus.
33. *In Xpisti nomine Aggilpertus, ac si peccator episcopus, subscripsi.*
34. *Signum + vir inluster Ermenrigo. + Vaningo subscripsi. + Ghislemarus rogetus subscripsi. + Ghiscoberthus subscripsi. + Gadroaldus peccator [subscripsi]*

35. + *Ecchardus rogilus subscripsi. Signum + Bettoleno. Ansobertus subscripsi. Signum + Childebrando. Bertinus rogitus subscripsi. Signum + Chramnino. Rodobercthus rogetus subscripsi.*
36. *Signum Gaeletramno. Mummolenus rogetus a suprascriptis subscripsi. + Ragneinnus subscripsi. Chrodecarius abba subscripsi.*
37. *Signum + Guntrigo. Signum Aursino. Signum + Chrodobando. Signum + Echarigo. Signum + Erchenrigo. Signum + Mauroleno. Ursinianus subscripsi.*
38. *[Datum] Morlacas vico publico, quod fecit minsis Marcius dies dieci, anno xvj regni domini nostri Chlotachariae gloriosissimi regis, Frigobertus, rogante et presente Chrothilde, scripsi et subscripsi.*

XXI ET XXII.

Testamentum quo filius Iddanae, Chramnethrudi uxori suae, S. Dionysii ecclesiae et aliis, legata assignat.

Anno 690.

1. que decerno ut juxta dispensationem meam , si quid dedero, legavero, darive jussero, id ut detur, fiat, pristetur, fi
2. dei tuae devocioneque committetur;
3. quasque liberos liberisque esse precipero, liberae liberaeque permaneant vo....
4. que sanctas basilicas villa Sociaco et villa Porcariorum, que sunt in pago Vilcas
5. sino, similiter et vilare Binando in pago Pinisciacinse , et villa Ghinnachario
6. rio , quod jam vobis per aepistolas donacionis dedi, ipsa villa Ghinnachario, dul
7. cissime genetricae nostrae Iddane, husufructo, dum advixerit tantum,
8. suprascribta villa Ghinnachario possedeat; post obetum virum suum
9. ad /34/
10. gre revertatur. Simile modo vilare Vuarnaco, que est in pago Vilcassino, por
11. cionem meam ad jam dictas basilicas, cum omni solidetate, haben
12. dum et posedendum relinco. Villa Favariolas, que est in pago Ebrocino
13. super fluvium Siega, cum omni jure et termeno suo, sicut a me praesenti tem
14. pore posseditur, ad ipsas basilicas, post obetum meum, habendum et posseden
15. dum praecipio. § Villa Castanito, in pago Stampinse, simile modo, et villa
16. Lecturico, in pago jam dicto Stampensi, quam una cum Herone et matronae
17. suae cummutavi, cum omni jure eorum, cum mancipiis, peculiis, agris cultis
18. et incultis, vel adjacentias eorum , habendum et posedendum instituo.
19. Haec omnia suprascribta in integretate, villas ipsas cum domebus, manci
20. peis , vineis, silvis, pratis, peculiis omnebus, pascuis , aquis aquarumve decursebus,
21. cum omni jure et termenus eorum, sicut hec a me praesenti tempore possidere
22. et domenare viditur, et quantumcumque in supra nomenata loca moriens dereliquero
23. post meum discessum, absque ullius contrarietate vel tradicionem, a diae praesenti,
24. ipsas sanctas basilicas herides meas habendum et posedendum relinco, et hoc,
25. dum advixero, husufructuaria condicione, et absque praejudicio sanetarum basilicarum
26. tenere et domenare dibeant post meum discessum, ut saepae dixi, cum omne
27. bus rebus in se habentes, absque ullius spectata tradicionem, ipsas sanctas

28. *basilecas et heridis meas ad se recipeant, et quidquid exinde ipse abbas, qui tunc*
29. *temporis ibidem fuerit, pro hutilitatebus memoratarum basilecarum de*
30. *criverit, faciendi liberant et firmissemam, Xpisto praesolae, habeatis in om*
31. *nebus potestatem. § Basilecae Sancti domni Dionisi Parisius, ubi ipse dominus*
32. *requiiscit, villare cognomenante Turiliaco, in pago Vilcassino, super fluvium*
33. *Tytine, cum domebus, mancipeis, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve*
34. *decoursebus, cum omni jure et termeno suo, habendum et posedendum relinquo. §*
35. *Villa cognomenante Artegia, que est in suprascripto pago Velcassino, cum dome*
36. *bus, mancipeis, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decoursebus, cum*
37. *omni ju*
38. *re et termeno suo, sicut a me praesenti tem /35/ possidere et domenare videtur,*
39. *et moriens dereliquero, cum peculiis onmebus, dulcissime atque amantissimae con*
40. *juge meae Chramnethrude habire decerno ac delibero. § Sacratissimo fisco vil*
41. *la cognomenante Vuadreloci, sitam in pago Velcassino, cum domebus,*

XXII.

Testamenti pars altera.

1. *[Man]cipeis, silvis, agris, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursebus, cum omni jure*
2. *et termeno suo, sicut a me est possessum, et moriens dereliquero, cum peculiis omne*
3. *bus, habire decerno. § Illud huic testamenti mihi inserendi conplacuit, ut quos*
4. *de servientibus meis per aepistolam ingenuetatis laxavi, in integra ingenuetate*
5. *resedeant; tamen secundum quod eorum aepistolas loquetur, et pro animae meae*
6. *diurnum, et lumen praefendum ad basilicae vestrae Sancti Martini, que vestro opere et labore*
7. *in villa Chrausobaco, qui nuncopatur Calciacus, construxistis, vel locum saepulturoli*
8. *meae si fuerit an non fuerit, in qua germani meae requiescunt, hoc quod a saepe die*
9. *tas basilicas dilegavi per hunc testamentum meum, et ubi et ubi, perpetualiter pos*
10. *sedendum, in Dei nomine, prumpta et integra voluntate precipio, et ha*
11. *bendum possedendumque relinquo. § Ita do, ita lego, ita tester, ita*
12. *. . . . munium tanti citeri citeraque proxemi . . .*
13. *proximaeque habetote. Si quae literae vel caraxaturae in hunc testamentum meum*
14. *inveni fuerint, ego feci fierique praecipere, dum mihi saepius testamentum meum*
15. *volui recensire et crepius emendare. § Et si quis contra hanc deliberacionem,*
16. *ut sanctis basilicis dilegavi, infringere, tollere, minuare, aut*
17. *praesumpserit, inferri ecclesiarum efficeatur extraneus*
18. *et in perpetuo anathema percuciat, et maledictus cum Juda Scarioth in infernus*
19. *inferiori, usque ad diem adventus Domini nostri Jesu Xpisti, ignem cruciandus et iudicium,*
20. *et insuper, ut lex terrena aedocet, duplum tantum, fisco /36/ cogente, sanctis basilicis dissolvat,*
21. *sicut propheta decantat : Fiat habetacio eorum infestatorum deserta, et in taber*

22. *nacolis ipsorum non sit qui inhabitet; fiant filii eius orphani, et a Deo libra percussi; fiat*
23. *uxor ejus vidua, ut cognoscatur potencia Dei, qui talem tribuit vindicta ut pro pa*
24. *nem lapides manducet. Et haec devocio nostra absque consorcio pontefices in ipsa*
25. *loca sanctorum firma perduret ; et sicut de presentis temporebus istis videmus multis inrum*
26. *pere facta priorum, ut melius devocio nostra confirmetur, adjuro omnebus domnis*
27. *episcopis et glorioso principe et cunctis sacerdotebus Deum viro qui in trinetate insepa*
28. *rabilem permanet, ut nullus cum illa persona, que voluntatem nostram aut deliberationem*
29. *efrangere voluerit, communecare non praesumat ; sed inde jocus suas communecare*
30. *. paecc.*
31. *solvat et ipse incurrat iram indignationis Dei, et aput ipsa loca*
32. *. se esse cognoscat*
33. *. loca . . . sanctorum firma perduret tamquam. . . .*
34. *. an non fuerit, cum omni stabiletate, omni tempore firma pennaneat,*
35. *stipulacione interposita. Actum Artugia villa, pago Velcassino , sub die et anno*
36. *quo supra.*
37. *. . . . , audientico vidi exempla, subs.*
38. *+ Thorrias, autenteco vidi exemplare , subscripsi. + Medualdus*
39. *+ Bodolenus, audentico vidi exemplar, et subscripsi*

XXIII.

Charta commutationis factae inter Landeberchtum et Magnoaldum abbates de, villis Francorecurte et Rocconcurte.

Anno 691.

1. *Quociens de cummutandis rebus fuerit orta contencio, necesse est perenne stabilitatem scripturarum*
2. *in Deo /37/ caretatem , stantes idio placuit adque convenit inter venerabilibus viris Landeberctho*
3. *nec non et Magnoaldo abbate de monasterio Tucione-Valle, ab invicem inter se terrolas arabelis*
4. *quod et ficerunt. Dedit igetur . . . Landebercthus abba propria in pago Pinsiacinse de parte sua parte*
5. *Magnoaldo abbate bunoaria novem in loco noncopante Francorecurte inter adfinis de uno latere antedictus Magnoaldus abba de*
6. . . . *de . . . hramninus . . sem. . .*
7. . . . *bas. . . . sue in loco noncopante Rocconcurte appellatur cam ad parte*
8. *terra arabeli buonaria novem, inter adfinis de uno latere Chrodomarus et heridis sui; et de alio latere Magnoaldus,*
9. *et heridis sui ; de uno fronte Godinus el heridis sui ; et de alio vero fronte Magnoaldus abba. Propteria*
10. *inter utrasque partis eis fieri placuit, ul unusquis quod accipit in antedicta loca rem denomenata*
11. *facere voluerit, liberam et firmissemam in omnebus habiat potestatem faciendi, et illud inter ipsis pro rei*
12. *intemare. Si quis, nosmet ipsi aut alequis de heridebus vel successorebus nostris aut quislibit e m.*
13. *presentes epistolas conmutacionis venire, aut eas quacumque modo refregare presumpserit valiat vindi*
14. *parte ista tota servante quod accipit, pares... amittat, et insuper, una cum socio fisco, auri oncias*
15. *quoactus desolvat, et quot repelit vindegare non valiat, et presens aepistolas conmutacionis uno tenore*

16. *unus quis suam habiat eis fieri plac. omni tempore firmas et inviolatas permaniant, stipolacione subnexsa. Actum Glaumar.*
17.
18. *In Xpisti nomine Landebercthus abba cummutacionem a me facta subscripsi.*
19. *+ Malgoaldus presbyter subscripsi. + Bertinus rogilus subscripsi. + Fladebertus presbeter subscripsi.*
20. *+ Berthefredus in Xpisti nomine diaconus subs. . . . + In Xpisti nomine Remedius presbyter subscripsi. + Madolandus in Xpisti nomine abba subscripsi. Nagho. rogitus subscrips.*
21. *+ In Xpisti nomine Andolno rogitus subscripsi. + Ingobertus lictur subscripsi. /38/*
22. *+ Childela testis. Sign. + Unneleobo testis. Sign. + Saulfo testis.*
23. *+ Leudebercthus hanc commutacionem, jubente domno meo Landeberctho abbate, scripsi et subscripsi.*

XXXI.

Privilegium Ageradi, Carnotensis episcopi, pro monasterio Sanctae Mariae supra Ligerim.

Anno 696, die 6 Martii.

1. . . . cum consensu filio suo domno Deodato, quondam antecessori nostro, ipsius urbis episcopo, et plurimorum ponteficum vel sacerdotum, afflante Sancto Spiritu, sacro monasterio in rem proprietatis suae, in loco nuncupante. . . .
2. . . . [in]fra ipso muro super fluvium Legeris, in honore sanctae Mariae semper virginis vel ceterorum sanctorum, suo opere aedificavit et de rebus suis ditavit, et ipsum venerabili viro Chrotchario diacono per suam [epistolam] . . .
3. . . . s firmavit, ut ibidem monachus, qui sub sancto ordine vita theorica sub ordine caenubitale degentis conservare deberent, ibidem intromittire deberit, et ipsi ipso monasterio in onus abb. . . .
4. . . . vit cui ipsum se viventem sub se aut post suum discessum instituent. Et, dum nos ipsum devotissimum in hoc opus Domino famulare perspeximus, ideo voluntate plenissima hoc sacrosanctum privilegium,
5. una cum consensum fratrum nostrorum et concilium seniorum, indulgimus taliter ut liciat sancta congregationi servorum Dei in ipso monasterio constitutum, quieto ordine, sine opresiones cujuslibet
6. [pon]teficum, vel Carnoteno urbis episcopo, seu et clericorum sine insolencia juvenum saecularium, quieti vivere; ut nullus convivía, nee mansionis, nee paratas, nec munera expedenda non pertimiscant.
7. Et si ab ipso abbate pontefex Carnotensis, pro eorum utilitate, invitatus fuerit, sine ulla ambicionis causa vel fraude accidat ad ecclesias consecrandas, et tabolas benedicendas, vel altaria seu presbiteros
8. [aut] diaconus vel reliquos gradus ordenandus, sine obtento pravae cupiditatis, tradat benedicionis. Et, sicut habet humana fragilitas, se ipsi abba Chrotcharius /50/ aut cui ipsi ibidem intromissum...
9. . . . t abbatem instituerit, ab ac lucem migraverit, ipsa sancta congregado servorum Dei, in suprascripto cenubio instituta, de semetipsos, ad gubernacionem monastirii et animas regendas, liceat eis

10. *[talem] gubernatorem elegire , qui honestis moribus sit, non generositatis nobilium, sed in Dei amore expergencius atque sagacius inbutum, et sub sanctum regulara oboedienciae patrem instituere*
11. *[concedent]es decrivimus, eisque concessimus ut nullo modo hoc sacrum privilegium a successoribus nostris sit inruptum, sed per omnia et in omnibus conservitur consistat. Et si scandala, quod ab*
12. *[sit et minime] credimus quod fiat, in supradicto monasterio surrexerint, et ipsi abbas cum sua congregacione hoc emendare non potuerit, patris spiritalis, qui sub sancto ordine vivere*
13. *[viden]tur in Carnotena parochia aut undique elegerint, ad hoc scandalum mitigandum invitent. Quod si nec ipsi, quod minime credimus, hoc emendare potuerint, tunc ad pacis concordiae, sine ul[lo*
14. *cupi]-ditatis crimine, pontefex Carnotensis ad ipso abbate vel sua congregacione invitandus sit, ut paterno more discordantis, salvo eorum privilegio, ad pacem revocet. Illud eis pre*
15. *. . . . auctoritas nostra ponteficalis concessit, ut nullus de successoribus nostris, nec archidiaconus, nec vicem domini, nec missi clerici vel laici discurrentis, in ipsius monasterii*
16. *. . . . erens, ex conlacione praedictae Adreberctane, tenere vel dominare videntur, aut se adhuc inantea ad Deo timentibus conlatum fuerit, nec ad causas audiendum, nec*
17. *. . . exigendum, nec mansionis, aut pastus, aut paratas, vel quemlibet reddebucionem requerendum , nec hominis ipsius dstringendum, nec de rebus eorum quicquam minuandum,*
18. *[penitu]s non praesumat habere ingressum , sed sub regimen ipsius abbati aut successoribus ejus omnia in Dei nomine consistent. Et taliter per hoc privilegium sanximus ut per*
19. *[henni]ter, temporibus praesentibus ac futuris, in Dei nomine conservitur. Et sicut taliter solet, stimulante adversario, per aliqua temeriditate aut caliditate de successoribus nostris*
20. *. . . . nimpe solet malicia praepedire bonis, hoc privilegio , quae nos pro divino respectu ut pro participanda communi successorum fratrum mercedem absorde per prava /51/*

21. *[con]silia inlexirit, et ad molem impietatis indulgentia nostra, ommissa relegione, violari aut depravri vel conrumpire adnitus fuerit, non solum hic in conhiben*
22. *[da secund]um statuta canonum sententia, de objecte emmanitatis crimene feriat, sed etiam in futurum ante tribunal aeterne judicis seu angelorum vel sanctorum*
23. *[omnium], ulcione divinae in praecipium condemnetur acculei. Et, dum extremitas nostra saepe nomenato monastirio, sub Xpisto cultui, admodum in sancta vita conversare*
24. *cognicione veritatis regulariter in Dei laudis meditates summo desiderio desiderare inspeximus, ita deinceps solecicius atque curiosius, dum a nobis omnia*
25. *[subsidia] feruntur, Xpisti clemencia inploramus, ut semper, magis ac magis, in Dei amore proficientis, accensis lampatebus, aeterna vita perfruantur, qualiter pro*
26. *labore, quae in certaminis contemplacione desudant, apud omnipotentem Dominum mercedis commodum ferant; et nos de multiplecata segite praemia sempiterna*
27. *populorum congeries fructificata gremiis, abrutis palliarum sordebus, triticum horrea reconditis metere atque adipisci mancipari valeamus. Unde domnis*
28. *metropolitanis arcium sedes divinitatis suffragia poscimus, ut adhibenda mercedem hoc sanctum privilegium societate beatitudinis vestre adsentire atque*
29. *[confirma]re una nobiscum almetas vestra dignetur. Annum II. secundo regnum domni nostri Childebercthi glorioissimi regis. Captonaco, publicae.*
30. *[Datum quod] fecit minsis Marcius dies sex.*
31. *. . . . ericus episcopus hoc privilegium consinsi et subscripsi. In Dei nomine Ageradus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium a me factum religi et subscripsi.*
32. *[In Xpisti] nomene Gripho, etsi peccator episcopus, hunc privilegium consensi et subscripsi. Ansebercthus, servus Jeshu-Xpisti, hoc privilegium rogitus subscripsi. In Dei nomene Ebarcis, etsi peccator episcopus, hoc privilegium*
33. *In Xpisti nomine Ayglibercthus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium consenciens subscripsi.*
34. *In Xpisti nomine Beracharius episcopus hoc privilegium consenciens subscripsi. Tretecor, per meserecordia Dei episcopus, hoc privilegium subscripsi. /52/*

35. *In Dei nomene Ansoaldus, etsi peccator, hoc privelegium subscripsi. In Dei nomine Attur, gracia Dei episcopus, hoc privelegium rogetus subscripsi.*
36. *In Xpisti nomene Ermeno, peccator episcopus, subscripsi. Soabericus, peccator episcopus, hoc privilegio consensiens subscripsi. Turnochaldus, ac si peccator episcopus, hoc privilegio subscripsi.*
37. *Constantinus, peccator episcopus, hoc privilegio subscripsi.*
38. *Chaino, gracia Dei abba, hoc privilegium rogitus subscripsi.*

/56/

XXXIII bis.

Charta excambii facti inter Adalricum., ex una, et, Valdromarum, abbatem Sangermanensem, ex altera parte. ²

Anno 697, die 25 aprilis.

1. *Quociens de conmutandis rebus licet orta est condicio, eas sei [licet]*
2. *litterarum pagina debent [confi]rmare. Cum inter inlustri viro Adalrico nee non et*
3. *venerabili viro Vualdromaro abbate boni pacis placuit ad eo conv[enire]*
4. *ut inter se et [partes] eorum conmutare debirint, quod ita et ficirunt. [De]*
5. *dit predictus vir Vualdromarus abba Adalrico terra plus minus bunuaria . . .*
6. *in loco noncopante Mairilaco, quod est in pago Penesciacinsi, [quod sunt]*
7. *adfinis ab uno latere et fronte Bertino, ab alio latere Ansberto, a*
8. *quarto viro terra ipsius abbatis. Simili modo e contra dedit supra*
9. *dictus vir Adalricus Vualdromaro abbati, in reiconpensacione, bunu*
10. *ario nono in ipso loco noncopante Mairilaco, quod sunt ad [fines]*
11. *de totas partis ipsius abbatis. Et commutaturus quisque quod [ac]*
12. *cipit, teniat, possediat, vindat, donit, conmutit, vel quic*
13. *quid exinde facire voluerit liberum in omnibus pociantur arbitrium.*
14. *Si quis viro, quod fieri minimi credimus, si aliquis de nos aut de*
15. *heridibus vel sucessoribus [nostris] contra hanc epístola conmuta*
16. *cionis anbolare voluerit alia sed inferre pari*
17. *pares ut una cura socio fisco lib genta debeat esse*
18. *multandus cum stipolacione interposita. Actum Beudechisilovalle,*
19. *et sub diae quod ficit minsis Abrilis dies viginti et quinque, anno*
20. *tercio rignum domni nostri Childeberty gloriosi regis.*
21. *Vualdromarus, hac si peccator abba, hanc conmutacionem supscripsi.*
22. *Baldoaldus, ac si indignus abba, suscripsi.*
Serenus /57/ religi et supscripsi.
23. *+ In Dei nomene, Ursinus, hac si indignus diaconus, supscripsi*
24. *+ Chramlenus, ac si peccator presbiter, rogitus supscripsi.*
Sign. + Leodonis

² Bougival (Seine-et-Oise). Bibliothèque de l'École des chartes 1840-1841.

25. *Adrirulfus supscripsi.*
Bettolinus supscripsi.
26. *Sign. + Frumoaldo.*
Sign. + Andromaro.
Sign. + Martino.
27. *Ego Sicharius lictor rogitus scripsi et suscripsi.*

/57/

XXXIV.

Testamentum Erminethrudis, quo legata plurima quibusdam ecclesiis et personis scribit.³

Anno 700.

1. *sacratissimus fiscus percipiat. Si vero omnia quod in hunc testamentum inserui in*
2. *[tactum] custodieris, quidquid tibi superius deligavi in tuo jure, perenni tempore, permaneant.*
3. *[Si quid] in hunc testamentum cuicumque non depotavi, tibi, dulcissime fili, habere cupio. Similiter,*
4. *.. demandatione bonae memoriae Deorovaldi, dono tibi canna argenteo valente plus minus*
5. *sol. XXV, et, a parte mea, dono tibi cauco argenteo valente sol. XXX; et medietatem ovium, quas*
6. *Vigilius adtendit, cum pastore nomine Gaugiulfo. Simili modo de Latiniaco et Balbiniaco*
7. *tam vestis quam seramen vel utinsilia, et de bovebus ex omnia medietatem, tibi, dulcissime*
8. *fili, habere praecipio. Pari conditione, ex demandatione bonae memoriae Deorovaldi,*
9. *dono tibi, dulcissime fili, de portione ejus et de proprietate mea, mancipia his nominebus :*
10. *Unnegiselo, Aunemundo et filias Patricio, id est Fedane et Ausegunde et Agnechilde et Baccione,*
11. *cum gregim porcorum; vineae pedaturas duas, sitas in monte Maurilioni quas Theodaharius*
12. *et Garimundus colent ; vineae pedatura tertia sita in monte Metobaure, cum vinitore Gun*
13. *tachario ; vineae pedatura quarta, sita Tauriniaco, quem Imneredus colit, cum vinitore Mu*
14. *negisilo ; /58/ vineae pedatura quinta, sita in monte Vultoricino, quem Sevilla colit, cum ipso*

³ Migne PL LXXII P. 434; Pardessus no 452; ChLA no. 592

15. *vinitore : haec omnia suprascribta, tibi, dulcissime fili, ex mea voluntate vel ex*
16. *demandacione dive memoriae Deorovaldi habere constitui. Vineam sita in monte Me*
17. *. , quem Habundancius colit, medietatem sancte ecclesiae . . . eliense dare prae*
18. *cipio ; aliam medietatem de ipsa vinea dulcissimo nepoti meo Bertigisilo habere jubeo. Vineam quem Agi. . .*
19. *femina tenuit, et vineam quem Imnacharius colit, dulcissimae nepti meae Deorovarae, cum ipso Imnachario,*
20. *habere praecipio. Vineam plantas qui sunt secus vineam Sevilam dulcissimo nepoti meo*
21. *Berterico habere praecipio. Vineam quem Vincimalus in monte Vultoricino colit, et puella nomine*
22. *Sunnehilde , et ancilla nomine Iveriae cum filio Leudino, dulcissimae norae meae Bertovarae*
23. *habere jubeo. Item dulcissimo nepoti meo Bertegisilo, ichriario argenteo, et mancipia his nominebus :*
24. *Sunniulfo et sorore ejus Gibethrude et filias Anthimio et filio The. . . nae juniore habere cons*
25. *tituo. Nepti meae Deorovare, scutella argentea cruciata, et mancipia his nominebus :*
26. *Tanechildem, Imnegunthem, Imnegisilum ; et lectaria ad lecto uno, qui melior fuerit, et puero*
27. *nomine Gundofredo, et ancilla nomine Thaigundem, nee non et puella nomine Audechildem,*
28. *dari constituo. Dulcissimo nepoti meo Berterico, puero nomine Medigisilo habere jubeo. Baselicis*
29. *constitutis Parisius, id est : basilicae Sancti Petri, urcio argenteo, valente soledus duodece, et fibla*
30. *aurea gemmata manto dari constituo; basilicae domnae Mariae, gavata argentea valente*
31. *sol. duodece, et cruce aurea valente sol. septe, dari jubeo; basilicae domni Stefani anolo aureo nigellato*

32. *valente sol. quatuor, dari volo; basilicae domni Gervasi anolo aureo, nomen meum in se habentem scribunt, dari*
33. *praecipio; basilicae Sancti Sinfuriani, in qua bonae recordationis filius meus Deorovaldus requiescit,*
34. *freno valente sol. duodece, et caballo strato, et carruca in qua sedere consuevi, cum boves, et lectaria*
35. *, cum omni stratura sua, pro devotione mea et requiem Deorovaldi, dari praecipio. Alia carruca*
36. *, cum boves vel omni stratura sua, ecclesiae vici Bonisiacensis dari jubeo. Similiter villarem, cui vocabulum*
37. *est Volonno, cum adjacentia sua, /59/ suprascriptae ecclesiae Bonisiacense pro remedium animae*
38. *meae habere praecipio. Sacrosancte ecclesiae civitatis Parisiorum, missurio argenteo, valente sol.*
39. *quinquaginta , dari praecipio. Basilicae Sancte Cruces vel domni Vincenti, cocliaria argentea dece dari jubeo.*
40. *Lectaria par uno, et vestimenti mei pareclo uno, fratribus ad minsa basilicae Sancti Dionisi dari*
41. *praecipio. Alio pareclo vestimenti ad vico Bonisiaca fratribus dari constituo. Tertio parielo*
42. *vestimenti Emilia ad vico dari jubeo. Item, pro remedium anemae meae vel ex demandacione bonae*
43. *recordationis filii mei Deorovaldi, villam cui vocabulum est Latiniaco, sita in territorio*
44. *Meldinse, cum campis, colonecis ad eadem pertinentes, cum pratis, pascuis , silvis, vel in*
45. *omni jure et termino suo, quia in portione supramemorati filii mei Deorovaldi obvenit, cum*
46. *omni integritate basilicae Sancti Sinfuriani, ubi saepultura habere dinuscutur, pro requiem*
47. *ejus dari praecipio. Similiter porcario, nomine Gundilane, cum gregim porcorum, et Baudomere*
48. *cum gregim ovium et troppo jumentorum, quisunt ad suprascripta villa Latiniaco, supradictae*

49. *basilicae Sancti Sinfuriani habere jubeo. Goderico et Gunderico in suprascribtam villam, quem*
50. *baselicae domni Sinfuriani deligavi, ita jubeo ut laborent, unde ad ipsa baselica oblata*
51. *colidiae ministretur. Leudulfo cum vinea quem Sabucito colit, ad oratorio qui est in villa La*
52. *tiniaco, unde ibidem oblata occurrat, dari volo. Baudulfus, Sumthaharius, similiter cum*
53. *boves ut laborent jubeo, unde oblata ad baselica Sancti Sinfuriani pro requiem Deorovaldi of*
54. *feretur. Simili modo vineae pedatura una, sita Tauriniaco et quem Pinpo colit, base*
55. *lecae domni Georgi Calo dari praecipio. Vineae pedatura una, sita in monte Buxata, quem Ju*
56. *vius colit, ecclesiae Bonisiacinse dari constitue. Vineam quem Vuassio colit, cum ipso Vuassione*
57. *. nomene Theudorico*
58. *quem colere debeat, basilicae domni Sinfuriani oblata*
. .
59. *dari constitue. Vineae pedatura una, sita in monte Blixata, quem Leudefredo colit, baselicae Sancti*
60. *Martini ciperente dari jubeo. Libertorum meorum nomena in his testamento abnecti constituo :*
61. *Medibergane, /60/ Honorio, Gundileubane, Plane, Sumthulfo, Ciuccirane, Hicchicione, Maxa uxore ,*
62. *Chioberga, Sinderedo , Angilone, Leudefredo cum uxore Vuandilone, Chaideruna, Childeruna,*
63. *Thrasteberga, Theodachario, Vigilio cum uxore Sunnine, Agione cum filio suo Garilulfo, Vincimalo*
64. *cum uxore Maurella, Mellita cum filio suo juniore, Coccione cum filio suo Daigisilo, Mundilane*
65. *cum filiis suis Munegisilo et Monechrude, Acchione, Bonane, Leubosuintho, Gibulfo filio*

66. *Vigilio, Dommoruna, Childerimane, Basone, Childegiselo, Childegunthe, Chrodulfo, Asindeber*
67. *gane, Monechilde, Aeterno, Bauderuna ; hos omnes, cum omni peculiare eorum, tam areolas,*
68. *hospitiola, hortellos, vel vineolas, et cum id quod in quibuslibet rebus habere videntur, liberos liberasque*
69. *esse praecipio, et quidquid exinde facere voluerint, habeant liberam potestatem. Similiter Mu*
70. *molane, cum omni peculiare suo, ingenuam esse praecipio ; luminaria tantum in ecclesia*
71. *Bonisiaca ministrare stodeat. Vualacharium, cum omni peculiare suo, et cum boves quos bajolat,*
72. *ingenuum ea condicione esse dibeo ut ligna tantum ad oblata faciendum ministrare pro*
73. *curet. Gundefredo cum boves duos laborare praecipio unde cera ad basilica domni Sinfuri*
74. *ani conparetur. Martiniano, Theoderuna, cum filio suo seniore, cum peculiare eorum, si*
75. *cut suprascribti benemereti, ingenuos esse jubeo. Simili modo, pro remedium animae meae*
76. *et ex demandatione fili mei Deorovaldi, Gygone, Septeredo cum uxore Goderuna, Theodonivia,*
77. *Baudonivia, Carane, Patricio cum uxore Eusebia, Dagarico cum uxore Aurovefa, Ciuncioleno , Blidemundo*
78. *cum filia Blidechilde , Manileubo, Trasilane, Eumundo, Imneredo cum uxore Torigia, Chadulfo , Aridia,*
79. *Rocculane, Babiccone, Gunthivera, hos omnes cum omni peculiare, tam areolas quam hospi*
80. *tiola, vineolas, vel hortellos, cum id quod praesenti tempore habere videntur, ingenuus esse*
81. *constituo. Baudulfo et Sumthahario, cum boves quos bajolant, laborare praecipio, unde*
82. *oblata ad basilica domni Sinfuriani jugiter ministretur. Ita do, ita ligo, ita testor, ita vos*

83. *mihi, Quiritis, testimonium perhibetote testanti. Citeri citeraque proximi proximeque*
84. *exheredis mihi estote , proculque /61/ habetote. Si que liturae vel caraxaturae in hoc testa*
85. *mento meo sunt, ego feci fierique praecipi, dura mihi saepis volui recenseri. Addi*
86. *etiam constitui, si quis contra hanc testamentum venire voluerit, aut voluntatem meam*
87. *in aliquo corrumpere temptaverit, a communione omnium sanctorum et a liminebus ecclesiarum*
88. *efficeatur extraneus, et insuper ante tribunal Xpisti anathimatus permaneat.*
89. *Actum Parisius sub die et tempore suprascripto.*
90. *Signum + Erminethrudiae testatricis + Mummolus comes, rogante et praesente*
91. *Ermenetrude, hunc testamentum subscripsi. Scupilio spatarius, rogante Erminethrudiae ,*
92. *huic testamentum subternotavi diae et anno quibus supra. Munegiselus, rogante et praesente Ermmine*
93. *thrude, hunc testamentum testis subternotavi die et anno quibus supra. Bauducharius defensor subscripsi.*
94. *Eusebius, rogatus ab Erminethrude, hunc testamentum scripsi, relegi et subscripsi.*

XLIV.

Charta precaria Vuademerii et Ercambertae.

Anno 730, die 20 augusti.

1. *Domno sancto et in Xpisto venerabile patri Sigofredo abbati vel omni congregatione monasterii Sancti Vincenti et Sancti Germani, ubi ipse pretiosus*
2. *domnos in corpore requiescit, qui est sub opidum Parisius civitate constructus. Ego enim, in Dei nomine, inluster vir*
3. *Vuademerus et inluster matrona sua Ercambertane et nostra decrevit*
4. *voluntas, ut villa vestra, cui vocabulum est Prisciniacus, quae est in pago Vilgasino, super alveum Sigona, illam medietatem, que [ge]netor*
5. *[n]oster, nomen Hebrulous condam, et Hansberta ad ipso monasterio vestro delegaverunt, ad usu beneficio dignati fuistis nobis /77/ concedere,*
6. *tam illas res quam et illas alias. . . , nos per nostra strumenta ante hos dies ad casa Sancti Vincenti et Sancti Germani adfirmavimus, hoc est : Novisolio in pago Ande*
7. *gaveninso, seu alias res quae sunt in pago Dorgasino bus, edificiis, casticiis, mancipas, silvis, campis, pratis, pascuis,*
8. *farinariis, gregibus cum pastoribus, aquis aquarumve decursibus, praesidiis mobilibus et immobilibus, utriusque genere sexus tam majore quam et minore, adja*
9. *cenciis vel reliquis quibuscumque beneficiis. Ea vir ratione ut, dum pars partis nos advexeremus , ipsas res superius nominatas, Prisciniacus, Novisolio et Uxxima,*
10. *usufructuario ordine excellere, possidere debeamus ; post nostrum quoque amborum discessum, omnem rem in meliorata, quicquid ibidem inventum aut repertum fuerit,*
11. *tam vos quam et successores vestri ad partibus monasterii vestri Sancti Vincenti et Sancti Germani recipere debeant, ut neque nos neque de haeredibus nostris per artificium non habeant*

12. *aliud adserciendum , et cinso annis singulis, de festivitate in festivitatem sancti Germani, quod evenit .II. kalendas Junias, solidus in argento. xxx. dare et adimplere studea*
13. *mus ; et, si de ipso cinso negligens aut tardus apparuerimus, licenciam vobis permittimus de ipsas res ut nos eiciatis et ad partibus vestris revocare. Si quis*
14. *vero, quod fieri non credimus si nos ipsi aut aliquis de haeredibus nostris vel prohaeredibus, vel quislibet extranea persona, qui contra hanc epistolam prae*
15. *caturia ista, qui nos spontanea voluntate fieri vel conscribere rogavimus, venire aut eam infringere voluerit, tunc vobis vel ad partibus*
16. *vestris, una cum distringente fisco, auri libras .V., argento pondo .X. emendare faciat ; et ut haec epistola praecaturia tam se de*
17. *quiquennio in quiquennio renovata merit, ista non sit necesse cui nobis placeat adfirmare, sed per semetipso omni tempore obte*
18. *neat firmetatem, cum estibulacione subnexa. Hactum Prisciniaco⁴ villa publice, quod fecit mensus Augustus*
19. *dies .XX. vigenti, in anno decimo .X., regnante Theoderico gloriosissimo regis.*
20. *Vuademerus hanc epístola praecaturia facta relicta suscripsi. Ercamberta suscripsi.*
21. *Signum + Faroino dominus suscripsi. Asinarius suscripsi. Jonatas suscripsi.*
22. *Signum /78/ Ansberto, servo Dei.*
23. *Ratbertus suscripsi.*
Rainarius suscripsi.

⁴ Pressagny

/83/

XLVIII.

Bulla Nicolai Papae I pro monasterio S. Dionysii.

Anno 863, die 28 aprilis.